
contra nortmannos magis audacter quam p
uide gesserat interempto. in ditionem alani
omnis brittannia concessit. qui et hanc stre
nue hactenus gubernabat. Eodem anno karo
roma pergit. et datis apostolico iohanni et ro
manis magnis muneribus imperator creatur. ca
filius loth
Anno dominice incarnationis. DCCC. LXXVII. ludouuici
qui lotharius fuit filius lodouuici pii
rex apud franconefurt palatium diem extre
mum clausit. V kl. septemb. sepultusque est in mo
nasterio sancti nazarii. quod lorasham nuncupa
tur. Fuit autem iste princeps christianissimus. fide cath
licus. non solum secularibus uerum etiam ecclesiasticis
disciplinis diligenter instructus. quae religi
onis sunt: quae pacis. quae iustitiae ardentis
simus executor. Ingenio prudens. consilio p
rudentissimus. in dandis siue extrahendis
publicis dignitatibus discretionis modera
mine temperatus in proelio uictoriosissimus.

13. Paris, Bibliothèque Nationale, lat. 5922, fol. 238r